UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Iis in genere, qui nec in Sacerdotio sunt, nec in sacris. Tit. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-62002

Visual Library

TITULUS. VII.

De iis in genere, qui nec in Sacerdotio ſunt, nec in Sacris: hoc eſt; in minoribus Ordinibus.

SUMMARIA.

1. *In ſacris non ſunt, conſtituti in minoribus ordinibus.*
2. *In hiſce ſunt, qui primam acceperunt tonſuram.*
3. *A quo debent.*
4. *Quid præcedere debet.*
5. *Quem habere animum tonſurandi.*
6. *Quam ætatem.*
7. *An prima tonſura ſit ordo.*
8. *Minores ordines quot, & qui.*
9. *An Sacramenta.*
10. *Eos habentes gaudent privilegio, & qui.*
11. *An poſſint contrahere matrimonium.*
12. *Facientes an peccent mortaliter.*

QUi in *minoribus Ordinibus* ſunt, nec ſunt *in Sacerdo-* 1
tio nec *in Sacris;* Sine enim ſpeciali ſacramentali unctione, ſola Epiſcopi benedictione, cum quadam vaſorum vel indumentorum diſtributione ordinantur, *Concil. Trident. ſeſſ.* 28. *cap.* 3. *de reformat.* ut oſtendemus locis congruis.

In *minoribus Ordinibus* ſunt qui *primam tonſuram* tulerunt; *c.* 2
cum contingat. ubi Gloſſ. & Dd. de ætat. & qualit. ordinand.

Primam tonſuram accipere debent ab Epiſcopo; ut VII. conſtitu- 3
tum Synodo. *in can.* 1. *diſt.* 69.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4 Eâ initiari non poteſt, qui Confirmationis Sacramentum non ſuſcepit. *Concil. Trident. 23. de reformat. cap. 4. Piac. in praxi. Epiſcop. part. 1. cap. 1. num. 24. verſ. ad minores.* Non ratione ea, quod exigatur Confirmatio quaſi de neceſſitate Sacramenti Ordinis: quo ſit unusquiſque Ordinis capax; ſed ob congruitatem, cujus cauſâ omnis requiritur perfectio, per quam ad Ordinum executionem quiſque reddatur idoneus.

Quare non Confirmatus recipit ordinem validè, nec vitiatur actus, & ſuſcipit characterem: *Secund S. Thom. in ſupplem. ad. 3. part. qu. 35. art. 4. Navar. in manual. cap. 22. num. 9. Fr. Emanuel. in ſum. p. 2. cap. 17. num. 10. Ricc. in rer. fori Eccleſ. poſt reſolut. 276. in notab. de materia Sacram. Ordinis. Coninck. de Sacram. tom. 1. qu. 72. art. 8. n. 90 & tom. 2. diſp. 20. dub. 10. num. 102.* nec peccat, ſi hoc faciat ex negligentia, non ex contemptu, mortaliter; facit tamen malè: *Navar. d. loc. num. 9. Vivald. in Candel. aureo. ubi. de Confirmat. num. 41.* non tamen ullam timeat cenſuram. *Secund. Henriq. in Sum. lib. 14. cap. 6. §. 3. Suar. tnm. 3. diſp. 38. ſelect. 1. Avil. de cenſur. part. 7. diſp. 9. ſect. 1. dub. 3. Riccius d. tract. reſol. 269. Coninck. d. num. 90.*

Recepturi primam tonſuram, ſecundùm Concil. Trident, *d. cap.* 4. debent fidei rudimenta didiciſſe, legere & ſcribere poſſe. *Leo in theſauro fori Eccleſ. part. 3. cap. 8. num. 6. Piaſec. d. cap. 1. num. 40. in fin. Ricc. in d. praxi. deciſ. 390. in edit. 1. aliàs reſolut. 329. num. 6. in edit. 2.*

An hoc ſciant in lingua Latina, an materna, nihil intereſt. *Azor. Inſt. moral. part. 2. lib. 6. cap. 6. quæſt. 2. Campan. in diverſ. Juris Canon. rub. 5. cap. 2. num. 2. Sanch. in opuſc. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 46. num. 11.*

5 Non ſunt *prima tonſura* cæterique *minores Ordines ſec. d. Concil. Trid. cap.* 4. conferendi, niſi iis qui ſyncerum videntur habere animum in ſtatu Clericali permanendi: Licet qui eos ſuſceperunt, eosque ſine cauſſa juſta deſerunt, non peccent mortaliter; Nec enim ulla eis promiſſionis, aut præcepti incumbit obligatio ad Ordines ſuperiores adſcendendi ſeu in ſuſceptis miniſtrandi. *Tolet. in inſtr. Sacerd. lib. 4. cap.*

18. *num.* 4. *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 31. *num.* 7. *Barboſ. de jur. Eccleſ. Univ. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 46.

Imo, *ſecundum Navar. in man. cap.* 25. *num.* 108. *Fr. Emanuel in ſum. tom.* 2. *cap.* 17. *concl.* 2. *Sanch. d. lib.* 7. *diſp.* 31. *num.* 16. *& ſeq. Coninck. d. diſp.* 20. *num.* 104. *cum ſeq. Villalob. in ſum. tract.* 11. *difficult.* 14. *num.* 2. *Dianam reſolut. moral. part.* 2. *tract.* 2. *miſcell.* 22. *alioſq.*; qui *primam tonſuram* vel minores Ordines accipit intentione non perſeverandi in ſtatu Clericali; ſed ſolum ut fori ſecularis declinet jurisdictionem, non videtur peccare mortaliter: Omninò *ſecundum Bannes* 2. 2. *qu.* 12. *art.* 1. §. *de ſecunda difficultate. Ledeſma in ſum. tom.* 1. *tract. de Sacramento Ordin. cap.* 7. *concl.* 3. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 11. *num.* 12.

Ad *primam tonſuram* tempore S. Thomæ infantia ante rationis 6
uſum ſufficiebat; *Tabien. in ſum. verbo Ordo.* 4. *Majol. de irregul. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 5. *&* 8. non hodie; *c. nullus. de tempor. ordinand. in* 6. ſed requiritur ſeptennium; *Gloſſ. ad d. c. nullus. verb. infanti. Gloſſ. fin. in Clem. fin. de ætat. & qualit. ubi Imol. num.* 18. *Petr. Gregor. in partit. Jur. Canon. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 6. & quidem expletum. *Sylveſt. in ſum. verb. ætas. num.* 2. *verſ. tertium, quartum ad Ordines Bertach. de Epiſcopo. part.* 1. *lib.* 2. *qu.* 31. *num.* 56. *Rebuff. conſil.* 2. *incipit. Hæ literæ. num.* 3. *Mandoſ. in tract. de minori ætate. cap.* 4. *num.* 12. *Gutier. Canon. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 3. *Reder. à Cuccha in comment. ad can.* 2. *num. diſt.* 77. *Licet* antea ſuſcipiens non peccet mortaliter; Omninò Epiſcopus conferens. *Sec. Bonacin. de Cenſur. diſp.* 3. *qu.* 6. *puncto* 5. *num.* 6. *verſ. neque. Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 1. *ff. Cuccha. d. loc. num.* 5. *cum. ſeqq.*

An autem *prima tonſura* ſit *Ordo* inter Canoniſtas controvertitur; 7
Affirmant Multi; *ut Gloſſ. in verb. Epiſcopus in. proœm. Sixti Hoſtienſ.* 11. *d. c. cum contingat. Sylveſt. in ſum. verbo Ordo.* 1. *num.* 1. *Lambertin. de jure patron. atus.* 1. *part.* §. *lib. qu.* 7. *art.* 2. *Mandoſ. in* 24. *reg. Cancell. qu.* 1. *num.* 2. *Campan. ex diverſ. Jur. Canon. rub.* 2. *num.* 6. *aliiq. alleg. per Barboſ. verſ.* 1. *Jur. Eccl. univ. cap.* 38. *num.* 45. Nixi fundamentis quatuor. *Primum* adducunt *ex can. Cleros. diſt.* 21. *& can. perlectis. diſt.* 25. *ubi inter Ordines Pſalmiſtæ fit mentio. & c. con-*

 tingat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tingat. de ætat. & qualit. ord. ibi per primam tonſuram juxta formam Eccleſiæ datam, à talibus Clericalis Ordo confertur. *Secundum*, Quod ſub vocabulo *Ordo* ſeu *Ordines*, & *Ordinare*, generaliter & abſolutè prolato veniat prima tonſura; ut probant Doctores citati per Garciam, *tract. de benefic. parte* 7. *cap.* 1. *num.* 5. & Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reform: cap.* 8. *verſ. unusquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur. & cap.* 9. *vid. Rebuff. conſ.* 1. *incipit Ordinatus. num.* 2. *verſ. & ſic male. Joan. Andreas Gemin. & Franc. ad d. c. nullus. fin. de tempor. ordinand. Tertium;* Quod primâ tonſura initiati, beneficiorum Eccleſiaſticorum ſint capaces: *d. Concil. Trident. d. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *in princ.* Quorum incapaces ſunt Laici; quia non habent Ordinem. *c. ex literis. de tranſact. c.* 2. *de inſtitution. Quartum;* Quia Clericorum ſub nomine comprehenduntur prima tonſuta initiati. *can. ſiquis ſuadente.* 17. *qu.* 4. *Barboſ. in collect. ad illum text. num.* 7. *& in tract. de appellat. verbo. utriusque Juris ſignif. appellat.* 51. *num.* 1.

Negant alii; *ut Covarruv. lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 10. *num.* 15. *Sebaſt. Cæſar in relect. de Eccleſ. Hierarch. qu.* 3. *proœm.* §. 1. *num.* 17. *aliiq́;* & in ſuæ ſententiæ confirmationem allegant verba Concilii Tridentini *ead. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. *ibi; nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus; & cap.* 10. *ibi; Tonſuram, vel minores ordines conferre.* Et *cap.* 2. *ibi; ut in Eccleſia ordinatiſſima diſpoſitione plures & diverſi eſſent miniſtrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deſervient, ita diſtributi; ut qui jam clericali tonſura inſigniti eſſent per minores Ordines adſcenderent.* ex quibus locis inferunt & primam tonſuram diſtinctam eſſe à minoribus & majoribus Ordinibus, per illam tamen quem Clericum fieri; & ad illos ſuſcipiendos diſponi.

Hiſce accedunt Theologi communiter, *ut Eccius in* 4. *diſt.* 24. §. 4. *Durand. ibid. qu.* 6. *& Palud. qu.* 7. *Petr. Sot. de inſtit. Sacerdot. lect.* 1. *&* 4. *de Sacram. Ordin. Vaſqu. in* 3. *part. tom.* 3. *diſput.* 236. *cap.* 1. *Comitol. reſponſ. moral. lib.* 1. *qu.* 48. *num.* 11. *Layman. in theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 3. *aliiq́.*

Diſſentientes, putat, conciliari poſſe diſtinctione; cum S. Thomæ *ad* 3. *part, qu.* 57. *art.* 2. *& in* 4. *diſt.* 24. *art.* 2. doctrina; Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi: part.* 2. *alleg.* 2. *num.* 19. & quidem hac.

Loqui nempe Affirmantes Canoniſtas de Ordine impropriè ſumpto; Negantes verò & Theologos de ſumpto propriè.

Minores ordines ſunt ex omnium Latinorum conſenſu, quatuor; 8
Nempe *Oſtiariatus*, *Lectoratus*, *Exorciſcatus*, *&* *Acoly tatus.* Accedit *Pſalmiſtatus.*

An ſint Sacramenta, controvertitur; Dicunt communiter Cano- 9
niſtæ *ad d. c. contingat. & Angel. in ſum. verb. Ordo.* 1. *num.* 1. *&* 2. eſſe talia: Negant alii tonſuram eſſe Sacramentum, fatentur autem eſſe Sacramenta minores quatuor ordines; *S. Thom. in* 4. *diſt.* 24. *qu.* 2. *art.* 1. *qu.* 3. *ubi Scot. qu. un.* §. *de tertio. in fin. S. Bonavent. art.* 2. *qu.* 1. *in corpore. & qu.* 4. *Campan. de diverſ. Jur. Canon. rubr.* 1. *num.* 13. *à Cunha in com. ad can. Pſalmiſta. num.* 6. *diſt.* 23. *aliique citati per Barboſam. d. lib. & cap. num.* 49. Rurſus ſuſtinent alii nec primam tonſuram, nec quatuor minores ordines eſſe Sacramenta. *Magiſt. in* 4. *diſt.* 24. *verſ. ſeptimus Ordo. ubi Durand. qu.* 2. *num.* 6. *Sot. in* 4. *diſt.* 25. *qu.* 1. *art.* 1. *rat.* 4. *& art.* 4. *concluſ.* 7. *Martin. de Apola. de tradit. Apoſtol. part.* 2. *cap. de Ordine.* §. *Synodus. Vaſq. in* 3. *part. tom.* 3. *diſp.* 237. *cap.* 2. *num.* 10. *cum ſeqq. Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 31. *num.* 17.

Sed harum ſententiarum examen & conciliationem remittimus ad partem ſecundam, ubi inter alia Sacramenta & de Sacramento ordinis ſumus ex profeſſo tractaturi.

Iis qui ſunt in minoribus Ordinibus, nemo citra excommunica- 10
tionis pœnam à ſolo Pontifice, mortis articulo excepto, relaxandam, manus injurioſas injicere poteſt. *d. can. Cleros. diſt.* 25. *ubi Gloſſ. can.* 29. *ſi quis ſuadente Diabolo.* 17. *qu.* 4.

Matrimonium, ſi ad ſuperiores Ordines provehi noluerint. con- 11
tra quam illi qui in iis ſunt, *diſt.* 26. *&* 32. *per tot.* poſſunt contrahere; beneficiis tamen, ſi fortè habuerint, privandi, *c.* 1. *c. quod à te.* 3. *c. diverſis.* 5. *de Cleric. conjug. Covar. de ſponſal. part.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 3. Nullam enim ſic tranſeuntes ad matrimonium incurrunt culpam. Quia utuntur jure ſuo, nec faciunt contra votum, aut aliquod juris præceptum. *Covarr. d. loc.* §. 3. *num.* 4. *Coninck. de Sacrament. diſp.* 23. *dub.* 3. *num.* 57. *Rebell. de oblig. Juſt. part.* 2. *lib.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 27.

Imo quamvis iſtos minores Ordines ſuſceperint cum intentione 21

poſtea ducendi uxorem, & cum ſolo animo fruendi fori privilegi tamen nullo modo ob id peccant mortaliter. *ſecund. Filliuc. in quæſt. mo ral. tom. 1. tract. 10. cap. 4. num. 131. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 3 num. 16. & 17. Coninck. de Sacram. diſp. 20. dub. 10. num. 104. & 10 Bonacina de Sacram. diſp. 8. quæſt un. punct. ult. in fin.*

Nec adverſatur *can. 8. Lectores. diſt.* 32. Cujus ſunt verba; *Le ctores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores duce aut continentiam profiteri.* Verbum enim *cogantur* ſignificat *mone tur; Turrecr. ad d. text.* Habent etiam vetuſti Codices ſic; *Ut Lect res uſque ad annos pubertatis legant, deinceps autem niſi uxores cuſto pudicitiæ duxerint, aut continentiam profeſſi fuerint, legere non ſinant teſte Surio in Collect. Concil. tom. 1. pag. 505.*

Nec etiam repugnat *can. Presbyteri. 19. diſt.* 34. Quia verbum *deinceps*, ibi non referendum ad minores Ordines, ſed ad ſuperior ut ſit ſenſus: Quod Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, vel deince id eſt, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, non habeant licentiam ducen uxores. *Præpoſ. ibi num. 1. verſ. oppono. à Cuccha ibid. in comm num. 2.*

TITULUS VIII.

De Oſtiariis.

SUMMARIA.

1. *Oſtiarii qui.*
2. *Eorum & in veteri teſtamento uſus.*
3. *Oſtiariatus quæ nunc Materia: Duplex:*
4. *Quæ Forma.*
5. *Materiam poſteriorem priori adjunxit Eccleſia.*
6. *Forma ad utramque ex tendenda.*
7. *Formæ nulla facta ac ceſſio.*

8. Oſ